e-codices

fatendū ē, quid reclamas? quid caudideſcis? quid repugnas?
quod vero Judam album feceris, et e purpuratorū numero in
candidatorū exauctoraveris, vide qua licentia id feceris: illud
verò prorſus ridiculū fuit quod a Rdo Pre ſocietatis nigrū
fuiſſe Judā accepiſſe ſe dicit: acutum ſanè et ex Delphico
tripode petitū oraculum, familiare fuerit colloquium,
in quo diſputabat niger ne an ruber Judas fuerit, sed si
dixit, quo tempore dixit? reſpondebit neſcio, ubi dixit?
neſcio, qua occaſione dixit? neſcio, quo pſente dixit? ~~neſcio~~
non recordor; quis unquā ſic rem probavit, ſi credendum
tibi putas, quod teſte adducis quem nō noſti, quē nunquam
audiſti, nunquā vidiſti, quē neſcis ubi fuerit, quando tibi hoc
dixerit, ſi, inquā, vis tibi hac ratione credi, parebo tibi,
ſi mihi tn̄ hoc ipſo modo dicenti fidē vis adhibere, tan
tot enī teſtes profectò citabo, tot hiſtorias proferam, tot fabulas
exquirā, ut nullo negotio, hac ratione probandi, sim rubros,
facillime devincas. quapropter ſi iterum in hanc ca chatedrā
dicturus aſcenderis, cogita nomina illorū, quos ut teſtes producturus
ru͂ q͂ris, ne rubris ibi laudē afferant, qui nec nomen habent:
Quod vò tam acutè tan familiariter me interrogaſti num
ſtaccem ne habuerit Judas, vel πάππον, σπανιοπώγων,
aut βαθυπώγων fuerit Judas, eadem familiaritate tibi
reſpondeo, me tunc temporis nō interfuiſſe, ſufficiebat -n.
rubro patibulū, multo minus Proditoris barbā curioſius
inſpexiſſe, ſi tn̄ illius barbæ ita, amans es, ut propius eā
conſiderare velis, mitto te ad ſpeculū. Jam vò Aud: R: ne
ficta a me putetis, quæ hucusqe diſputavi, magnorū
virorum

License: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. f.%20166r – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/en/zbz/D0147/f.%20166r)